

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Pastoralem iurisdictionem usurpans sine ordinariâ approbatione
Archiepiscopali, qu[am] pœnam incurrat, n. 43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

irritas , ac nullius roboris vel momenti
esse & fore; nullumque prouisus & insti-
tutis ius aut titulum etiam coloratum
possidendi præbere; sed Parochiales Ec-
clesias huiusmodi, ut prius , ante colla-
tiones vel institutiones, vacare. Insuper
mandamus , ut quilibet de beneficio
quocunque curam animarum habente
prouisus, Orthodoxæ suæ fidei publicā
faciat professionem , cùm declareret idem
Concilium Tridentinum , quod alio-
quin non faciat fructus suos, nec illi pos-
sessio suffragetur. *d*

*a c. inter dilectos de excess. Pralat. b Concil.
Trid sess. 7 de reform. c 13. sess 14. de reform.
cap. 12. & 13. sess. 24 de reform cap. 1. & 18.
sess. 25. de reform. cap. 9. c Pij Pap& S.
Constitutio 33. Bullar tom. 2. Concil. Pro-
vinc. Colonien sub Adolpho 3. Archiepisc. c.
deinde usum &c pag. 431. c. cum bono-
rum &c. pag. 433. c. de secularibus &c
pag. 434. d Cone. Trid. sess. 24. de reform.
c. 12.*

*Pastoralem iurisdictionem usurpans sine
ordinariâ approbatione Archiepisco-
pali quam pœnam incurrat.*

XLIII. Cum itaque Archiepiscopalis
nostria

nōstra examinatio, & approbatio nec nō
institutio canonica ianua sit, per quam
sit ingressus in Ecclesiarum Parochialium
administrationem, sine qua etiam nulla
pastoralis in populum haberi potest iu-
risdiction, nullaque ligandi ac soluendi
auctoritas exerceri; serio præcipimus, ut
Archipresbyteri seu Decani Rurales,
cum sint Parochorum sui districtus Pa-
stores, summâ curâ & sollicitudine ad-
vigilent, ne quis aut sacerdotalis, aut Re-
gularis, etiam qualitercumque à iurisdi-
ctione nostrâ Ordinariâ exemptus, be-
neficium quodcumque Pastorale, vel
exercitum curæ animarum Ciuitatis
vel Diœcesis nostræ Coloniensis, quo-
cumque titulo vel praetextu, inuadat,
absque prævio examine, & approbatio-
ne nostrâ Archiepiscopali, & Canonica
institutione Archidiaconali. Aliter autem
immissi à Pastorali officio & fructibus se-
pouerint ipso iure esse suspensos: & si
quos nomine Pastoralis curæ accepe-
rint fructus, fabricæ Ecclesiæ, à qua pro-
uenierunt, restituendos, atque ad eorum
veram & realem restitutionem à suis

Archidi-

Archipresbyteris seu Decanis Ruralibus esse compellendos, declaramus.

Pastorum officium.

XLIV. Pastores vero, quibus animatum cura Legitimè commissa est, domini suæ sint bene præpositi, ita ut non tantum ipsi, sed & eorum familiæ irreprehensibilem vitam agant: Qui enim dominus sua præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit. a Insuper sciat præcepto Diuino b sibi mandatum esse, ut oves suas agnoscant, pro his Sacrificium offerant, verbiq[ue] Diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascant, & pro earum salute, quandocumque opus est, animam suam ponant, pauperum præsertim infirmorum, s[ecundu]m p[ro]p[ter] eos visitando, ac temporali & spirituali solatio eosdem sublevando, curam paternam gerant, rudes in fide, & maximè iuuentutem, vt Ecclesiæ seminarium Catechizent, piorum Legatorum diligentem ratione in habeant, & serijs monitionibus satagant, vt ante finē anni